quo ad certas ecclesias justiciam continentes in eisdem
decretalibus impetratas. Item edidit salubre statutum
cuius tenor incipit Suscepti regiminis cura perceptionem
fructuum primi vel secundi aut alterius cuiuscumque
sequentis anni beneficiorum vacantium rationabili
libero moderamine intendentium inter illos quibus
iudicii de consuetudine privilegio vel statuto applicabatur
in totum et illos qui beneficia ipsa obtinent ad
quos alias de iure fructus ipsi expectare deberent
ut tam hii quam illi in fructuum perceptionem partem
participent et ecclesie debitis serviciis non fraudentur.
Item edidit quandam constitutionem cuius tenor
incipit Execrabilis quorundam. Execrabilis
abusum habendi ab olim in diversis ecclesiis et
partibus plures dignitates personatus officia seu
prioratus aut diversa beneficia ecclesiastica
curam habentium animarum ac etiam talium
ambitio cupida et insaciabilis debito moderamine
regulatam ac effrenata multitudine statuto salubri
edito refrenavit. Item anno domini millesimo
ccc xvii mense novembris fuit publicata et
sub bulla sua ad generalia studia destinata
constitutiones quas dominus Clemens predecessor
eius fecerat tam in concilio Viennensi quam ante et post
que nondum fuerunt ad generalia studia destinate
sed dudum tunc steterant in suspenso. Anno
domini millesimo trecentesimo xvii dominus Johannes
papa xxii post gravem dissensionem et turbationem
subortam in ordine fratrum minorum istum antiquum